

Alla seconda, che i riminesi fossero bensì immuni dalle imposizioni e dai dazi, di cui parla il capitolo della loro dimanda: ma per un quinquennio soltanto, passato il quale, debba cessare l'esenzione concessa.

» tum nec possit vocari ipsum consilium
» et coadunari sine interventu rectoris
» nostri.

» Ad quintum decimum respondetur,
» quod dabimus, operam pro posse apud
» summum pontificem, quod in beneficiis
» a ducatis centum infra intentum suum
» obtineatur, circa autem decimas cleri
» erunt ad conditionem aliarum terrarum
» et locorum nostrorum.

» Ad sextum decimum, quod circa sal
» servetur in omnibus consuetudo quae ser-
» vabatur tempore domini Pandulfi de Ma-
» latestis.

» Ad decimum septimum respondetur,
» quod fiat ut petitur.

» Ad decimum octavum respondetur,
» quod exceptis daciis nostris, quae ab omni-
» bus pro beneficio status nostri incantari
» et conduci posse volumus, ut servatur in
» omnibus aliis terris nostris, in reliquis
» fiat ut petitur.

» Ad decimum nonum respondetur,
» quod sumus contenti quod prodebitis et
» obligationibus civilibus fiat per annos
» quinque ut petitur; de delictis autem vo-
» lumus quod exceptis condemnatis ad pe-
» nam vite pro furto assassinamento et
» aliis atrocioribus casibus nemo pro ali-
» quo delicto comisso antequam civitas
» Arimini in potestatem nostram pervene-
» rit, possit molestari, cum hoc quod con-
» demnati pro homicidio puro ante omnia
» teneantur et debeant habere cartam pa-
» cis a proximioribus defuncti et insuper
» circa confiscationes declaramus intentio-
» nem nostram esse, quod omnes confisca-
» tiones facte usque ad tempus prime ex-
» pulsionis domini Pandulfi de Malatestis

» a duce Valentiniensi sint firme et invio-
» late remaneant, de aliis autem si quae
» non essent legitime facte aut per duces
» Valentiniensem aut eundem dominum
» Pandulfum post ipsius reditum, intendi-
» mus nobis esse reservatum arbitrium
» super ipsis cognoscendi et unicuique jus
» et iustitiam ministrandi.

» Ad octavum respondetur, quod su-
» mus contenti quod officia infrascripta den-
» tur et distribuatur civibus Arimini et
» aliis aliorum locorum idoneis et ipsorum
» electio spectet comunitati nostre Arimini,
» videlicet vicariatus Corigliani Ceresoli
» Mulaciani Germani Sancti Johannis in
» Marignano Sancti Clementis et Montis
» Scutati; item officialis viarum et pontium
» notarius officii custodie cancelarius co-
» munitatis, notarii qui eligi solent per
» breves inbussulatos juxta statuta illius
» comunitatis nostre magister horologii et
» pulsator campanarum; hoc declarato,
» quod vicarii suprascripti possint cogno-
» scere usque ad summam et in causis prout
» petitur in capitulo et salarii ipsorum vi-
» cariorum et officialium solvantur omnino
» juxta consuetum.

» Ad quartum decimum respondetur,
» quod volumus quod justitie administra-
» tio in illa civitate nostra reguletur in
» hunc modum, videlicet: quod cause que-
» cumque criminales et mixte pleno jure
» spectent potestati nostro cum sua curia et
» sententie omnes seu condemnationes que
» per dictum potestatem nostrum cum sua
» curia fient in arengo, sint inappellabiles ut
» servatur in aliis terris nostris; cause au-
» tem civiles a ducatis triginta infra in-
» clusive cognoscantur et judicentur in